



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Episcopi Titvlares.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

elect. & variat. Fori. q. 51. nu. 22. sect. 2. refectio siquidem Ecclesiarum, Cappellarum, siue Oratoriorum, dicitur pium opus.

- 4 Et Oratorio competit beneficium, l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. sicuti competere Ecclesiæ, & alijs pijs locis, Thesaur. dec. 177. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cap. 66. & omnes scribentes in Const. Regni statuimus de offic. magistr. Instituti.

Inde etiam tractauit in Prax. resol. 11. tom. 2. si Episcopi consensus requisitus in ædificatione Ecclesiæ, sit necessarius quoque in erectione Oratorij, vt ad id nouissime nos allegat Nouarius in opusc. iur. Pontific. concl. 1. sub tit. de ædificatione, siue Monasteriorum, erectione, ex cuius dictis nu. 4. facias conclusionem in dubio Oratorium auctoritate Episcopi erectum fuisse.

- 5 Et tandem ideo merito videmus, quod confugiens ad Oratorium Episcopi auctoritate erectum gaudet immunitate, ac si ad Ecclesiam confugiat, vt post antiquos Io. firmarunt Summista in verbo immunitas, German. de Sacror. immunit. lib. 3. c. 16. nu. 29. & 30. Card. Tusc. conclus. 9. n. 15. lit. E. Suarez de stat. Relig. lib. 3. c. 9. nu. 10. Azor. in Sum. moral. par. 2. c. 8. q. 3. & alij omnes moderniores vno ore.

PRAXIS EPISCOPI TITVLARES.

RESOLVT. CCCCXXVIII.

- 1 Episcopi titulares appellantur vagabundi per S. C. T.

Quid disponat S. C. T.

- 1 Sacrum Conc. T. sess. 14. c. 2. ita censuit, & quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt Clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem Sedem non habeant, non quæ Iesu Christi, sed alienas oues in scio proprio Pastore quærentes, dum per hanc Sanctam Synodum, se Pontificalia officia in alterius Diocesi, nisi de loci ordinarij expressa licentia, & in personas, eidem ordinario subiectas primum exerce prohibitos videat in legis fraud. & contemptum, quasi Episcopalem Cathedram in loco nullius diocesis sua temeritate eligunt, & quoscunque ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias, non habeant Clericali characterem insignire, & ad Sacros, etiam presbyteratus Ordines promouere præsumunt, quo ex plerumq; fit vt minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui a suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni reiecti, fuerunt ordinati, nec diuina officia peragere, nec Ecclesiastica Sacramenta recte valeant administrare. Nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius Diocesis, etiam exempto, aut aliquo Monasterio, cuiusvis ordinis sederint, aut moram traxerint vigore cuiusvis priuilegij, sibi de promouendo, quoscunque venientes pro tempore concessi alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatatis suæ, absq; sui proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs, ad aliquos Sacros siue minores Ordines, vel primam tonsuram promouere, seu ordinare valeat. Contrafacientes ab exercitio Pontificalium per annum taliter verò promotus, ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

RESOLVT. CCCCXXIX.

- 1 Episcopi titulares, qualiter sunt creandi.

Episcopi titulares, qualiter hodie creantur.

- 1 Plus V. post publicationem Conc. Trid. Decreto suo Consistoriali sancit huiusmodi Episcopos non esse creandos, neque suffraganeos dandos, nisi Ecclesijs Cardinalium, & illis, quæ eos solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus 200. aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint.

RESOLVT. CCCCXXX.

- 1 Episcopi titulares ordinantes aliquem, etiam familiarem, absque licentia proprii Ordinarij, sunt suspensi per annum ab exercitio Pontificalium.
2 Episcopus non potest ordinare aliquem in aliena diocesi, absque licentia Episcopi ipsius.

Titulares Episcopi ordinantes absque licentia proprii Ordinarij, sunt per annum suspensi ab exercitio Pontificalium.

- 1 Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur in quocunque loco, etiam quantumvis exempto, & nullius Diocesis, quem promoueat ad quemcunque ordinem, etiam primam tonsuram, cuiusvis priuilegij, etiam familiaritatis prætextu sine licentia ipsius proprii Ordinarij, sunt ab exercitio Pontificalium per annum suspensi, sic decidit Conc. Trident. sess. 14. de reform. c. 2. tenent Leon. in Thesaur. fori Ecclesiastici par. 3. c. 8. n. 16. p. 1. c. 4. n. 24. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 6. Henric. in Summ. lib. 14. c. 17. §. 3. in fine litt. A. Galett. in marg. casuum conscientiar. verbo Episcopus pag. 100. col. 1. Nos in Praxi fori Ecclesiastici. resolut. 495. in notabilibus, de materia Episcoporum, n. 1. in 2. edit.

- 2 Inde Episcopus ordinans in aliena Diocesi, absque licentia expressa ordinarij loci, aut ordinans de licentia Episcopi personas non subditas, suspenditur a Pontificalibus, ita decidit Concilium Trid. d. c. 2. Salzed. de Bernardin. in pract. c. 26. Glos. sine licentia sui præsulis vers. 3. casus est Tolet. in Summ. lib. 1. ca. 89. vers. 3. Henric. in Summ. lib. 3. de excomm. c. 38. §. 1. vers. 1. Campanill. in diuers. iuris Canon. rubr. 6. c. 1. num. 2. & rub. 9. cap. 1. per totum. Valase. alleg. iuris tom. 1. alleg. 43. num. 15. Bonacin. de censur. disp. 3. q. 6. punct. 5. num. 21.

RESOLVT. CCCCXXXI.

- 1 Episcopi, tam titulares, quam non, prohibentur munus eorum exercere in aliena diocesi, absque licentia Ordinarij.
2 Episcopus alienus conferens ordines in loco exempto, tenetur assequi licentiam superioris loci exempti, & illius Episcopi intra cuius fines locus exemptus extat.

Titulares Episcopi ordinantes exemptos, an incidunt in pœnas Sac. Concil.

- 1 N edum Episcopi titulares prohibentur id agere, verum etiam, qui non sunt titulares extra suam Diocesim, munus suum exercere non possunt, nec absque licentia Ordinarij loci ordinare personas, quæ nõ sunt subiectæ illi Ordinario, nisi habeant dimissorias generales a suis Ordinarijs, ita Concil. Trident. sess. 6. de reformat. c. 5. Nauarr. consil. 69. de sentent. excommunic. Cened. ad decret. collect. 52. num. 1. Henric. in Summ. part. 2. lib. 11. cap. 3. §. 2. in fine iuncto commun. littera S. Salzed. de Bernard. in pract. c. 26. litt. A. Curtier. Canon. lib. 1. ca. 26. n. 26. Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 12. nu. 17. Praxis Episcopalis par. 1. verbo Archie-

Archiepiscopus num. 2. pag. 16. & par. 2. verb. Episcopus pag. 45. Petr. de Ledesm. in Summ. part. 1. de Sacrament. ordinis. cap. 8. conclus. 4. dub. 4. Bonacina de censur. disput. 3. quest. 6. puncto 3. num. 25. Armend. in addit. ad recap. legum. Nauarr. in lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 68. Praxis nona Episcopalis par. 1. cap. 1. num. 46. pag. 35. Campanil. dicto cap. 5. num. 6. si tamen contra prohibitionem, de qua per Conc. Trident. in dict. cap. 5. Ordinario proprii Episcopi extra Territorium fiat, valida erit, licet puniri possit, ut resoluunt Henrici. lib. 11. cap. 3. §. 2. in fine littera S. & Vgolin. de potest. Episcopi cap. 4. §. 14. n. 2.

2 Episcopus alienus non valens conferre ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus est constitutus, ita dicimus decum in prax. for. Ecclesiast. post resolut. 495. in notabilibus de materia Episcop. Gallert. in marg. causum conscientia, verb. Episcopus pag. 100. colum. 2. Armend. d. loco num. 35. vbi num. 68. refert etiam decum, non posse Episcopum Pontificalia exercere in loco exempto, & iurisdictionis, non Episcopi, sed inferioris vocatum, tamen ab ipso inferiore sine licentia Episcopi, intra cuius Diocesis fines esset locus ille, etiam si ille inferior praterderet exemptionem vocare Episcopum, quem maluerit administrandum Sacramentum confirmationis, dummodo locus istius exempti sit intra fines Diocesis alicuius, ita ut non sit nullius, quia tunc non posset, non tamen, me latet verba illa posita in d. cap. 5. Concil. Trid. ibi ordinarij loci intelligenda de Episcopo, in cuius Diocesi locus est constitutus, & non de Prælato inferiori, & iam exempto si fides adhibenda sit, ita decum attestanti.

Et nec etiam Episcopus alienus potest a Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificis in Diocesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia, quod etiam decum referunt idem Galet. d. verb. Episcopus, & Nos in prax. vbi proximè, nec Archiepiscopus hoc ipsum facere potest, eam cum eadem prohibitionem, quæ est penes Episcopum comprehendatur, quoad materiam, de qua agimus, ut resoluunt Praxis Episcopalis. Zerola part. 1. verb. Archiep. verl. ad secundum.

RESOLVT. CCCCXXXII.

- 1 *Tonsuræ collatio. concernit iurisdictionem voluntariam.*
- 2 *Episcopi titulares conferentes primam tonsuram, absq; licentia proprii Ordinarij, an incident in penas S.C.T.*

An Titulares Episcopi conferentes primam tonsuram, absque licentia proprii ordinarij incident in penas S. C.

1 **C**um conferre primam tonsuram concernat iurisdictionem voluntariam ad latè tradita per DD. in cap. cum nullus, de temporibus ordinationum in 6. Gemin. in cap. fin. de officio legat. latè Gratian. in decis. 98. qui allegat Syluest. in Summ. verb. iurisdictione, dicebatur non incidisse in suspensionem per annum

2 ab exercitio Pontificalium quendam Episcopum, qui primam Clericalem tonsuram contulerat, absq; proprii Ordinarij licentia.

Idque corroboratur, ex quo verba Concilii clara videntur, illis verbis Pontificalia exercere, & certum est in collatione primæ tonsuræ non requiri Pontificalium exercitium, ex quo in ministerio Sacrorum Ordinum, solummodo fit collatio ab Episcopis celebrantibus diuina officia indutis vestibus Pontificalibus, & propterea requiritur consensus Diocesani, Glos. in Clem. fin. de priuileg. Abb. in cap. ex tuarum, de auctoritate, & vsu pallij. Conarruu. var. resolutionum,

vbi etiam subdit, secus esse in prima tonsura, allegat Rebuff. de nominatione qu. 14. num. 9. Gratian. in citata decis. 98. num. fin.

Et quod in veris Episcopis sit facultas conferendi primam tonsuram eorum subditis extra propriam Diocesim, voluerunt Barbat. in cap. nouit. num. 18. de officio legat. Rebuff. vbi supra, qu. 14. num. 29. & 65. & in praxi beneficiari Rubrica de Ecclesiasticis. Henrici. in Summ. lib. 3. cap. 6. §. 6. quem refert, & sequitur Bonacina de Sacramentis disput. 39. quest. vnica par. nu. 23. licet Campanil. in diuersorio Iuris Canonici, Rubrica 6. cap. primo nu. 2. contrariam sententiam tuteatur, quem refert, & sequitur Barbof. de potestate Episc. quest. 6. in fine.

RESOLVT. CCCCXXXIII.

- 1 *Pontificalium nomine, quæ veniant.*
- 2 *Pontificalium appellatione veniunt benedictio calicum, & corporalium.*
- 3 *Pontificalia insignia, quæ sint.*

Quæ veniant nomine Pontificalium ad effectum cognoscendi, quando titulares Episcopi illis vtentes incident in penas S.C.T.

1 **V**tile est scire quanam Pontificalium nomine veniant, & in primis Glos. verbo a Pontificalibus, in extrauagant. susceptis regiminis de elect. docet suspensum a Pontificalibus prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi alias, ut Pontifici permessa, & a dependentibus ab eis, velut ab ordinum celebratione, foris Confirmatione Basilicarum, seu Virginum consecratione, & similibus, sic igitur suspensus, quamuis Missam priuatam celebrare non prohibetur, ut ex reg. text. in c. significauit, de corpore vit. post Sylu. & Nau. docent Henrici. lib. 13. cap. 32. num. 2. Auila de cens. part. 3. disp. 2. dub. 2. concl. 10. aut alia facere, sine ornamentis Pontificalibus, quæ ei ratione Sacerdotalis officij competunt, ut baptizare, penitentias dare, & similia: Missa tamen Sacram, cum Mitra, & baculo celebrare non potest, ita Nos in Praxi fori Eccl. dec. 467. in prima impress. & resolut. 440. in secunda impress. vbi num. 3. asserimus sub hac suspensione, non prohiberi exercitium iurisdictionis Episcopalis, & post alios citamus. Vgolin. de censur. tab. 4. cap. 6. §. 6. num. 5.

2 Nec ab hac suspensione excusatur Episcopus si in aliena Diocesi inaduerter calices, vel corporalia benedicat, ita Praxis Episcop. part. 2. verbo Episcopi, verl. 2. loco in Thesaur. for. Ecclesiast. part. 3. cap. 8. num. 15.

3 Pontificalia insignia, quibus Episcopi vti possunt esse Mitram, chirotecas, baculum, dalmaticas, & sandalia, testatur Isidor. Moscon. in suo tractat. de mag. militantis Ecclesie p. 1. lib. 1. c. 8. verl. ornamenta, quibus doctissimus Campan. d. cap. 3. nu. 3. addit muzzetam, cappam Pontificalem, galerum, quem duplicis forme habere oportet, alteram, quo in solemnioribus equitationibus vtantur, alterum simpliciorum, vtrumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum iuxta modum in ceremoniali descriptum, lib. 1. cap. 3.

RESOLVT. CCCCXXXIV.

- 1 *Beneficia Episcopi titularis electi, non vacant.*
- 2 *Rota decisio refertur.*

An per promotionem ad Episcopatum titulem vacant beneficia.

1 **N**on vacare censuit Rota, cuius decisionis tenorem placuit hic inserere.

2 Pro-

- 2 Promotus ad Episcopatum titulem, non amittit beneficia, nisi per adoptionem pacificæ possessionis, & declaratio, quam ad styllum Curie dat, Abb. in cap. cum in cunctis, §. cum verò de electione, & quæ notat Rom. conf. 335. placuerunt Dominis in vna Panormitana pension. coram D. Fabio de anno 1548.

Et propterea in eadem fuit dictum, non obstante stylo, quod talis promotus pro retentione beneficiorum teneretur soluere annuatim, & quod tamen non esset locus extrauagant. Iulij Secundi, quod retentio beneficiorum concessa promotis, non suffragaretur literis non expeditis, quia ante adeptam pacificam possessionem, cum non vacent beneficia, talis promotus non eget illa retentione, & quia illa extrauagans, non annullat actum, quæ poena nullitatis non procedit, nisi in casibus expressis, l. & si quis, §. Diuus, ff. de relig.

RESOLVT. CCCCXXXV.

- 1 Titulares Episcopi non faciunt spolum.
2 Spolium quid sit.
3 Spolium Episcopi non constituitur ex bonis patrimonialibus, vel ex successione parentum, nec ex acquisitis intuitu Sacerdotalis Ordinis.

Titulares Episcopi, an faciant spolia.

- Quamuis à nemine reperiatur articulus iste discussus, & videatur casus omisus à Iure consultis: attamen nullam habere videtur difficultatem, quin Episcopi titulares nullum faciant spolum, nec eorum bona ad Sedem Apostolicam pertineant, & ratio colligitur ex definitione spolij, quod secundum subiectam materiam diffinitur à Nauarro de sponsal. Clem. §. 7. num. 5. vt sint bona à persona Ecclesiastica, vel redditibus eorum debitis, quæ non fuerunt ante obitum impensa, nec facta iure patrimonialia, nec quæ sita alii irrevocabiliter, vel quæ sita ex illicita negotiatione, diffinit Redoan. vbi supra quæst. 22. Molin. de iustitia disput. 147. fol. 824. & licet negatiuum. Azor. institut. moral. 2. par. lib. 8. cap. 2. qu. 1. verum enim est, quod omnia ea bona, quo Prælati, dum vixit, non distribuit, vel consumpsit, inter spolia computantur, quasi illis bonis morte fuerit spoliatus, vel quod illud spolum in dono defuncti relictum legitimo successoris referatur.
- 3 Ex cuius definitione colligitur Episcopum titulem, cum ipse careat bonis Ecclesiæ, & redditibus illius, nullum facere spolum, cum spolum Episcopi non constituitur ex bonis patrimonialibus, quæ ex legitima parentum, vel consanguineorum successione accipiuntur, vel donatione, vel legato, vel ex emptis, & comparatis ex his redditibus patrimonialibus, quia hæc omnia bona temporalia sunt natura sua, quorum successio ad legitimos Episcopi hæredes, vel ex testamento, vel ab intestato deferretur. Nec secundo, sub spolij nomine, comprehenduntur bona acquisita intuitu Sacerdotalis ordinis, vel personalis industria, seu artificij: in his enim Prælati habentur, ac personæ seculares, illorumque administrationem absolutam consequuntur, ex cap. placuit, cap. quicumque 12. quæst. 3. cap. sicut 12. quæst. 1. cap. quia hos, de testament. vbi Couarr. in cap. 1. num. 3. adeo, vt liceat ex bonis Episcopatus alimenta suscipere, & hæc bona patrimonialia, vel quasi hæredibus referuare, cap. 1. de pecul. Clericor. cap. fixum, & cap. vltim. dist. 12. quæst. 3. Innocent. receptus ex Abb. in d. cap. 1. de testam. num. 2. & in cap. Episcopus de præbendis ei, in cap. postulasti de rescript. dicit communem, Couarr. in d. cap. 1. de testam. num. 2. Nauarr. de redditibus par. 1. quæst. 1.

num. 38. loco de iustitia lib. 10. quæst. 4. art. 2. Sarmiento de redditib. 1. part. cap. 1. num. 18. & colligitur ex Paulo 1. ad Corinthios cap. 9. vbi probat prædicatorib. Euangelij deberi sustentationem, licet habeant, vnde viuere possint, sicque procedit Concil. Agatenf. in cap. Clerici omnes 1. quæst. 2. probat D. Thom. 2. 2. quæst. 158. art. 7. in corpore post principum, ibi non bonorum proprium dominium habent, & in eodem articulo, in responsione ad tertium, permittit habentibus patrimonium viuere de fructibus præbendæ, licet contra hanc sententiam teneant Barbaria, & Decius in d. cap. postulasti num. 8. ex autoritate D. Hieronymi in cap. clericos 1. quæst. 2. verior tamen est prima opinio, & ab omnibus obseruata, ex Molin. de iustitia à tract. disput. 142. atque ideo respectu horum bonorum Episcopi reputantur seculares, vt liberè de illis disponant dict. cap. placuit, cap. quicumque 12. q. 3. Nauarr. in apolog. quæst. 1. monit. 15. Valefc. de partit. cap. 35. num. 1. Molin. dict. tract. & disput. 142. & apud nos regia. Ord. lib. 2. tit. 18. §. 7. facit l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. & casu, quo non disponant de his bonis ad hæredes ab intestato deferuntur. Nauarr. de spolij §. 1. num. 14. Barbosa in l. diuortio num. 66. ff. de luto matrimon.

PRAXIS MATRIMONIALIS inter raptorem, & raptam.

RESOLVT. CCCCXXXVI.

- 1 Matrimonium an possit contrahi inter raptorem, & raptam.

Quid disponat Sac. Concil. Tridentin. de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam.

- 1 Attento decreto Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. matrim. nulli dubium est, quin raptus dirimat matrimonium, & obnoxius est excommunicationi, & poenis in eo contentis; & ideo nimirum, si inter raptorem, & raptam consisteret nequeat, quandiu in potestate raptoris manserit, secus autem, si extra illius potestatem, ac in loco tuto, & libero constituta; nam poterit, si velit contrahere matrimonium cum raptore, dixerunt Nauarr. in summ. capit. 22. num. 74. & conf. 1. de sponsal. & 2. de raptor. Tolet. lib. 7. Summæ cap. 13. num. 2. Henriq. lib. 2. de matrim. cap. 14. num. 4. Grat. conf. 38. vol. 2. Azueud. lib. 8. recopil. tit. 13. l. 2. num. 74. vol. 2. Eman. Sa verb. matrimonium in princip. num. 9. Viuald. in candelabr. prima par. de matrim. num. 103. Peguer. decil. crimin. cap. 42. num. 2.

RESOLVT. CCCCXXXVII.

- 1 Raptus, qui dicatur ad finem impediendi matrimonium.
2 Raptus non dicitur, nisi fiat de loco ad locum.

Raptus vt impediatur matrimonium ex vi Concilij, quis dicatur.

- 1 Raptum committit, qui mulierem libidinis causa de loco ad locum inducit, vt in casu, in quo consuluit Barbat. conf. 71. lib. 2. & Paulus de Castro conf. 262. lib. 2. & Alexand. conf. 1. lib. 3. & Cepolla conf. 57. & sequent. & Riminald. conf. 17. quod videtur à maiori parte duplicatum conf. 439. & Gratus conf. 38. lib. 1. & conf. 48. eodem volum. & conf. 51. eodem volum. & Soccin. iun. conf. 50. lib. 3. & Crauet. conf. 18. & Roland. conf. 24. in secundo dub. lib. 1.
- 2 Et dicitur de loco ad locum, quia aliter non potest dici